JACOB GRETSER
FOUR GREEK DIALOGUES

TRANSLATED FROM PONTANUS *PROGYMNASMATA LATINITATIS* (1578)

WITH HYMNS, THE CATECHISM & *DISTICHA CATONIS*

FROM *RUDIMENTA LINGUAE GRAECAE* (1594)

EDITED BY

FERGUS WALSH

2020

Typeset in

Theano Didot and GFS Didot with XeLaTeX

Transcribed from

Jacob Gretser, *Opera Omnia: Tomus XVI Bipartus: ΔΙΔΓΜΑΤΑ Linguae Graecae, et Disput. Philosoph. Ac Theolog.*, Typis Joannis Baptistae Lang, Ratisbon, 1741, pp. 24-34, accessed at: books.google.co.uk/books?id=ylcP8CUhjaUC

Jacob Gretser, *Rudimenta Linguae Graecae, Ex Primo Libro Instiutionum*, 4th ed., Typographia Davidis Sartorii, Ingolstadt, 1595, pp. 97-129, accessed at: books.google.co.uk/books?id=lDI8AAAAcAAJ

Published online at

https://archive.org/details/Gretser-four-greek-dialogues

www.fergusjpwalsh.co.uk

They argued a little about Sophocles, then in low water Durham said it was a pose in "us undergraduates" to ignore him and advised Fethersonhaugh to re-read the *Ajax* with his eye on the characters rather than the author; he would learn more that way, both about Greek grammar and life.

E. M. Forster, *Maurice*

Preface

Jacob Gretser (1562–1625) was a German Catholic theologian and philologer. In 1588 he was made Doctor of Philosophy and took a chair at the Jesuit academy in Ingolstadt, Bavaria, where he spent the majority of his life studying and lecturing on theology. He also taught Ancient Greek, and in 1593 published a three-part grammar textbook: *Institutiones Linguae Graecae* (David Sartorius, Ingolstadt). This text-book proved very popular, but was perhaps too thorough, as a condensed overview of Greek grammar was published a year later (*Rudimenta Linguae Graecae*, David Sartorius, Ingolstadt, 1594) to which was appended the dialogues, prayers and *Disticha Catonis* which are presented in this edition.[1] Gretser intended these dialogues, prayers and texts to provide material for beginners to read,[2] yet the language is not particularly beginner-friendly. Gretser's Greek is primarily Attic, but he freely borrows from the Homeric register, while Pontanus' style itself is often verbose and ornate. Nevertheless, Gretser often simplifies Pontanus' Latin by translating a hendiadys with a single phrase; for example, "Tū cōnsīderā quōrsum eās, et quid tibi futūrum sit.." [1.4/I.13] becomes merely, «σὺ σκόπησον ποῖ πορευτέον σοι».

Both the Latin and Greek texts are taken directly from the two source editions of the *Rudimenta Linguae Graecae*, and the few emendations I have made are recorded *ad locum*. This means, therefore, that the text of the hymns and prayers is not taken from a modern critical edition of the Bible such as the Nova Vulgata (1979) or the Weber and Gryson edition (5th edition 2007).[3] Furthermore, I believe the text of the prayers from the New Testament is that from Erasmus' 1527 edition, not the 1592 Sixto-Clementine Vulgate.[4] The Latin text of the Lord's Prayer [2.1] (=Matth. 6:9–13) follows the Roman Missal with "pānem quotīdiānum" for "pānem supersubstantiālem" and, "nē nōs indūcās" for, "nē indūcās nōs." The Greek text follows the *textus receptus*, with the Greek Orthodox liturgy and Byzantine text-type «ἐπὶ τῆς γῆς» for «ἐπὶ γῆς» and «ἀφίεμεν » for «ἀφήκαμεν», as found in the critical edition of Nestle-Aland (28th edition 2012).

The text of the Ten Commandments [2.4] is a condensed form of the Vulgate, and the Greek text is a translation of the Latin, rather than being taken from the Septuagint. Thus Gretser prints the first command in Greek as:

> Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν Ἐμοῦ. Οὐ ποιήσεις τὸ γλυπτὸν, οὐ προσκυνήσεις αὐτῷ.

substantially different from Exodus 20:2–5 as found in the Roman or Sixtine Septuagint, and the critical edition of Rahlfs (3rd edition ed. Hanhart 2006):

> Ἐγώ εἰμι κύριος ὁ θεός σου, ὅστις ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου ἐξ οἴκου δουλείας. Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς. Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς οὐδὲ μὴ λατρεύσῃς αὐτοῖς...

Gretser also included the preface and the 57 prose maxims from the *Disticha Catonis*, a collection of moral elegiac couplets composed in Latin perhaps in the 3rd c. A.D. and attributed to Cato the Elder or to the otherwise unknown Dionysius Cato. The *Disticha* were a popular as a school text, and were translated into Greek by the Byzantine monk Maximus Planudes (c. 1260 – c. 1305) and it is this translation, rather than that of the contemporary humanist Joseph Scaliger (1540–1609), that Gretser included in his textbook. It should be noted that

[1] See: "De Vita, Virtute, et Doctrina Venerabilis P. Jacobi Gretseri S. J." in Jacob Gretser, *Opera Omnia: Tomus I*, Typis Joannis Baptistae Lang, Ratisbon, 1734, pp. i-xv `books.google.co.uk/books?id=EV2Rg--je6sC`

[2] "Ut autem tironibus materia suppetat in qua legenda et relegenda, et, si ita necesse sit, describenda, sese exerceant, adiecimus sub finem huius epitomes Catechesin Christianam..." [preface]

[3] Canticum Sānctissimae Deiparae [2.5] (= Lc. 1:46–55) thus reads "exsultāvit spīritus meus in Deō salūtārī meō," where the Nova Vulgata has, "...Deō salvātōre meō."

[4] Praecepta Cāritātis [2.15] (= Mc. 12:30–31) "Dīligēs proximum tuum sīcut tēipsum." as Erasmus' text, whereas Sixto-Clementine Vulgate reads, "...tamquam tēipsum."

again I have reproduced Gretser's version of the *Disticha Catonis*, rather than using modern critical editions.[5]

I wish also to thank Luke Ranieri, Corrado Russo and Michael Sweet for their invaluable assistance in proofing and correcting the text. Though, of course, all errors remain my own.

FERGUS WALSH
1 November 2019, Monmouth
fergusjpwalsh@gmail.com



[5] Scaliger's translation can be read online, see: Joesph Scaliger, *Opuscula Diversa Graeca et Latina*, Hadrianus Beys, Paris, 1605 `books.google.co.uk/books?id=W90VDzQGG4EC`

See also: Otto Arntzenius, *Dionysii Catonis Disticha De Moribus ad Filium cum notis intergris Scaligeri ... et Metaphrapsi Graeca Planudis et Scaligeri*, Officina Schouteniana, Amersterdam, 1754 `archive.org/details/dionysiicatonis00fokkgoog`

For modern critical editions see:

J. Duff and A. Duff, *Minor Latin Poets*, Harvard University Press, Cambridge, U.S.A., 1934

Marcus Boas, *Disticha Catonis*, North Holland Publishing, Amsterdam, 1952

Vincentius Ortoleva, *Maximus Planudes: Disticha Catonis in Graecum Translata*, Edizioni dell' Ateneo, Rome, 1992

Manoles Papathomopoulos, *Κάτωνος Γνώμαι Παραινετικαί Δίστιχοι*, Ekdoseis Aletheia, Athens, 2009

1 Quattuor Dialogī ex *Progymnasmatis* Jacobī Pontānī, Societātis Jēsū, Graecē Redditī

1.1 Πορευόμενοι εἰς τὸ Διδασκαλεῖον

Ἀντώνιος, Μάρκελλος

Ἀ. Ἆρά γε ἀδεὴς καὶ φόβου ἐλεύθερος εἰς τὸ φροντιστήριον βαδίζεις, ὦ Μάρκελλε;

Μ. Τί ταύτῃ τῇ ἐρωτήσει θέλεις; Εἰπέ, οὐ γὰρ σαφῶς ἐννοῶ.

Ἀ. Σαφέστερον οὖν φράσω. Οὐχὶ ἔγραψας ἐπιστολὴν, ἥν μέλλει σήμερον ὁ διδάσκαλος παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖν;

Μ. Ἔγραψα καὶ ἡτοιμασμένην κομίζω μετ' ἐμοῦ.

Ἀ. Φθάνει ἡ ταχυτής σου τὴν βραδυτῆτα ἐμὴν, καίπερ οὐ τοσοῦτον ἡ ῥαθυμία (ὡς τοῦ χάρτου ἐνεστῶσα ἔνδεια ἐμοὶ ἐνεπόδισε) αἰτία γεγενημένη τοῦ μὴ ὅλην ἀπογράψασθαι. Χολαίτερον δηλονότι χάρτου τυχών.

Μ. Τί δράσεις, εἰ ἀπαιτήσει;

Ἀ. Ἐπανορθοῦντος ἐκείνου τὰς ὑμῶν, ῥᾳδίως μεταξὺ τὸ λοιπὸν καταγράψω. Τοῦτο συγχωρήσειν αὐτὸν ἐλπίζω, ἐπειδὴ ἄλλοις ἐνίοτε συνεχώρησεν.

Μ. Ἀπόδειξον τὴν σὴν γραφήν.

Ἀ. Ἰδού.

Μ. Φεῦ, ὡς ἀκόμψως καὶ ἀπρεπῶς χαράττεις τὰ γράμματα! Ὄρνις, οἶμαι, ἐγράψατο. Καὶ ὡς ἄνισοι οἱ στίχοι!

Ἀ. Εἰ δυνατὸν ἀναγινώσκειν ταύτην τὴν χεῖρα, οὐ περὶ πολλοῦ ποιῶ πότερον κομψὰ ἢ αἰσχρὰ, καλὰ ἰδέσθαι ἢ αἰσχρὰ τὰ χαράγματα φαίνεται. Γραμμὰς πρὸς τὴν εὐθεῖαν εὐθύνειν οὐχ οἷός τ' εἰμὶ, καίπερ ἐπιχειρήσας. Ἀλλὰ μὴν οὐ πολὺ προέχεις μου ἐν ἀμφοτέρῳ τούτῳ ἐπαίνῳ.

Μ. Κρίσις τυφλοῦ!

Ἀ. Ἄλλως διδασκέτω ἐμὲ ὁ διδάσκαλος, ἐὰν ἀπαρέσκω αὐτῷ διὰ τούτους ἀμόρφους καὶ ἀπρεπεῖς χαρακτῆρας.

Μ. Τοῦτο ἀλλότριον τῆς πραγματείας αὐτοῦ.

Ἀ. Πόθεν οὖν μαθήσω; Τί συμβουλεύεις;

Μ. Ἐμπειρόν τινα νέον τοὺς γονεῖς σου μισθώσασθαι χρὴ, ὁδηγὸν καὶ ἡγεμόνα σοι ἐν τέχνῃ ταύτῃ ἐσόμενον.

Ἀ. Καίτοι ἄνδρες σοφοὶ καὶ ἐν τοῖς μαθήμασι περιφανεῖς τὰ πλεῖστα μὴ πρεπόντως καὶ εὐφυῶς χαράττουσι τὰ τῶν γραμμάτων σχήματα.

Μ. Οὐκ ἂν ἄπαρνος γενόμην. Ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο εὐπαίδευτοι ὑπάρχουσι, καὶ πολλοὶ αὐτῶν κάλλιστα.

Euntes in Ludum (I.3)

Antōnius, Mārcellus

A. Sēcūrusne, et timōre expedītus in phrontistērium vādīs, Mārcelle?

M. Quid tibi istā percūnctātiōne vīs? Explicā dum, nōn enim satis intelligō.

A. Fābor ergō apertius. Contexuistī epistolam, quam ā nōbīs hodiē requīret praeceptor?

M. Contexuī et dēscrīptam portō mēcum.

A. Praecurrit alacritās tua meam tarditūdinem, quanquam haud ita pigritia mē (ut chartae pēnūriā, quā premēbar) remorāta est, fēcitque ut meam nōn tōtam dēscrīpserim. Sērius quippe adeptus sum papȳrum.

M. Quid āctūrus, sī poposcerit?

A. Dum vestrās ēmendat, intereā quod reliquum est nūllō negōtiō dēscrībam. Hoc concessūrum mihi spēs est, sī quidem aliīs aliās concessit.

M. Ostende sīs tuam scrīptiōnem.

A. Hem.

M. Quam foedē tū compōnis litterās! Gallīnam scrīpsisse arbitror. Quam item vacillant versūs!

A. Dummodo legī queat scrīptūra, parvī dūcō trīstia sint an laeta, pulchra vīsū an dēfōrmia elementa. Versūs ad amussim nequeō dīrigere, quantumvīs cōner. Atquī nōn tam valdē utrāque laude mihi antestās.

M. Iūdicium caecī!

A. Aliter doceat mē praeceptor, sī ipsī displiceō cum istīs illepidīs invenustīsque charactēribus.

M. Abhorrent istae partēs ab eius mūnere.

A. At unde discam tandem? Quid tū nunc mihi auctor es?

M. Aliquem perītum adolēscentem pactā pecūniā condūcant parentēs tuī, quem hanc ad rem magistrum capiās.

A. Attamen doctrīnā quoque spectātī et clārī hominēs plērumque īnscītē et indecōrē effōrmant figūrās istās.

M. Dīcī aliter nōn potest. Vērum nōn idcircō sunt doctī, et tamen multī illōrum decenter.

Ἀ. Τοκεῖς ἐμοῦ γέροντες ἤδη λίαν ὑπὲρ τὸ δέον φιλάργυροι τῶν ὄντων οὐκ ἀπολαύουσι. ἀπορῶ εἰ πείσω.

Μ. Συνήγορον ἑλοῦ τὸν ἐπιστάτην, οὗτινος καὶ ἓν μόνον ἔπος ἕκατον τῶν σῶν.

Ἀ. Δεήσομαι βοήθειαν ποιεῖσθαι ἐμοί.

Μ. Πλὴν, ἀλλὰ δυνήσῃ ἀποδοῦναι καὶ διεξελθεῖν κληθεὶς, ἃ χθὲς ἐν τῷ Κικέρωνι διεξηγήσατο ὁ διδάσκαλος;

Ἀ. Οὐ πάνυ ἀκριβῶς, ἐὰν μὴ βοηθήσῃ. Ἐνίων γὰρ οὐ μηνμονεύω. Καὶ οἴκοι, παρεκτὸς τῶν τειχῶν, οὐδεὶς πάρεστι ὃν ἐρωτᾶν θέμις.

Μ. Ἀποροῦντι χεῖρα παρέξει. Κἀγὼ, ὅσον δυνατὸν, συμπράξω σοί.

Ἀ. Ὦ ἄριστε Μάρκελλε!

Μ. Ὑπισχνῇ τῇ αὐτῇ ἀνάγκῃ συνεχόμενον ἀντευεργετῆσαι, χρείας ποτὲ ἐπελθούσης;

Ἀ. Ὑπισχνοῦμαι ὁσίως.

Μ. Εὖ ἔχει.

A. Parentēs meī (quod vitium senectūs affert), attentiōrēs sunt ad rem quam sat est, dēfraudant genium suum. Vereor ut illīs persuādeam.

M. Adhibē prōcūrātōrem magistrum, cuius ūnum verbum hūc plūs valēbit quam centum tua.

A. Rogābō ut hanc mihi opellam surripiat.

M. Cēterum, quae herī explicāta sunt in Cicerōne, sī tē forte nōmināverit, poterisne repetere?

A. Nisī ipsemet opitulētur, parum bene. Oblītus enim sum quōrundam, et quem domī interrogem habeō praeter parietēs nēminem.

M. Haerentī subveniet. Ego īnsuper, quoad eius facere potuerō, tibi opem feram.

A. Mī optime Mārcelle!

M. Spondēn' tē mūtuum esse factūrum mēcum, sī in eōdem lutō haesitāverō, sī necessitūdō postulāverit?

A. Spondeō firmiter.

M. Salva rēs est.

1.2 Κατηγορίαι

Accusationes (I.16)

1.2.1 Ἱερώνυμος, Φῆλιξ, διδάσκαλος

Ἱ. Βαβαὶ, διὰ τί σὺ τολμηρότατε ἀλλότριον τόπον κατέχεις;

Φ. Ἀλλότριον;

Ἱ. Οὕτω φημί, ἀλλότριον.

Φ. Ἦ τὸν σόν;

Ἱ. Ἐμόν.

Φ. Οὗτος ὁ τόπος οὐκ ἔστι σός.

Ἱ. Τίνος ἐστίν; Εἰπέ.

Φ. Ἐμός.

Ἱ. Φέρε, ποίει, εἴ τι ποιεῖς.

Φ. Τί ποιήσω;

Ἱ. Ἀπόδος μοι τὸν καταληφθέντα τόπον.

Φ. Ἀποδώσω, εἰ σός ἐστι. Παύου ἐρίζων, εἰ φρονεῖς.

Ἱ. Διδάσκαλε, οὗτος ὑβρίζει εἰς ἐμέ.

Δ. Τί βοῆς ἐκεῖ ἀνατέλλεται;

Ἱ. Ὁ Φῆλιξ, ἐμοῦ βραδύτερον εἰς σχολὴν ἐλθόντος, ἀναιδῶς κατέλαβε τόπον ἐμοῦ.

Φ. Ψευδῶς κατηγορεῖ ἐμοῦ. Ἐν τόπῳ ἐμῷ καθέζομαι.

Δ. Τί σὺ πρὸς ταῦτα;

Hierōnymus, Fēlīx, Magister

H. Papae! Quid tū audācissimē locum aliēnum occupās?

F. Aliēnum?

H. Ita loquor, aliēnum.

F. Tuumne?

H. Meum, inquam.

F. Nōn est his locus tuus.

H. Cuius est? Docē mē.

F. Meus.

H. Age, sī quid agis.

F. Quid ego agam?

H. Restitue meum mihi locum quem involāstī.

F. Sī tuus sit, restituam. Aufer hinc iūrgium, sī sapis.

H. Praeceptor, iste mihi iniūriam īnfert.

M. Quid illīc clāmōris exoritur?

H. Fēlīx, dum ego aliquantō post tempus veniō in scholam, impudenter vindicāvit locum meum.

F. Falsō mē accūsat. Teneō locum meum.

M. Quid tū ad haec?

49 φιλάργυροι] φυλάργυροι in ēditiōne.

Ἱ. Τιμιωτέρου ὄντος τόπου, διὰ τοῦτο ἀπόντος ἐμοῦ ἐτόλμησε εἰς ἀλλοτρίαν κτῆσιν εἰσπηδᾶν.

Φ. Οὐκ εἰσεπήδησα.
Ἱ. Εἰσεπήδησας. Ἀπόδος τὸ ὀφείλημα.
Φ. Μηδὲν ὀφείλω.
Δ. Διαλύσομαι τὴν ἔριν. Μετὰ μεσημβρίαν μεμελετημένοι καὶ ἡτοιμασμένοι πρὸς μάχην ἐλεύσεσθε. Τότε σοῦ, Ἱερώνυμε, νικήσαντος τὸν Φήλικα ἐν πανυστάτῳ, αὐτὸν καθίσομαι τόπῳ ἐγγὺς πύλης, ἵνα πυλωρὸς ᾖ καὶ ταπεινωθῇ ὁ ἑαυτον ἀήθως ὑψώσας. Αὐτοῦ δὲ νικήσαντός σε, διατελέσει κτησάμενος τόπον τοῦτον. Ὥσπερ ἀξιώτερος ἁπάντων ψήφοις καθῆσθαι ἐνθάδε, καὶ εἰκότως οὐκ ἂν δύναιο ἀπαιτεῖν αὐτὸν, ὡς παρ' ἐμοὶ κέκριται.
Φ. Δίκαιον ψήφισμα.
Ἱ. Οὐκ ἀναίνομαι μάχην ταύτην. Ἐναλλάξω σοι σήμερον τοὔνομα, ὥστε ἀντὶ «Φήλικος εὐδαίμονος» καλεῖσθαι «Κακοδαίμονα.»
Φ. Ἀπειλῶν σου οὐκ ἀλεγίζω.

H. Quia honōrātior est locus, idcircō mē absente ausus est in aliēnam possessiōnem irruere.
F. Nōn irruī.
H. Irruistī. Restitue dēbitum.
F. Nihil dēbeō.
M. Dirimam lītem. Merīdiānīs hōrīs parātī īnstrūctīque ad concertātiōnem eritis. Tum sī tū Fēlīcem, Hierōnyme, disputandō vīceris, īnfimō ipsum locō, prope iānuam collocābimus, ut eī tūtēlam gerat, et humiliētur quī sē novō exemplō exaltāverit. Sīn ipse tē superārit, retinēbit hunc locum. Quoniam tē dignior omnium pūnctīs cēnsēbitur quī hīc sedeat, et iūstē eum repetere nōn poteris, meā quidem sententiā.
F. Aequa conditiō.
H. Nōn dētrēctō hanc pugnam. Commūtābō tibi nōmen hodiē, sī vīvam, ut prō 'Fēlīce' 'Īnfēlīx' vocēre.
F. Minās tuās floccī pendō.

1.2.2 Διδάσκαλος, Ἀλέξιος, Πανταλέων, Βέρναρδος

Δ. Τίνων ἐγω κατὰ νῶτον συνομιλούντων ἀκούω; Τίνες ἤδη φλυαροῦντες ἐτύγχανον;

Ἀ. Πανταλέων καὶ Βέρναρδος.
Δ. Λάλιστοι νέοι! Διὰ τί σιγῇ οὐ μανθάνετε τὰ μετ' ὀλίγον ἐκ μνήμης λεκτέα;
Π. Οὐκ ἐφλυαρήσαμεν.
Ἀ. Ἐφθλαρήσατε, καὶ πλέον τοῦ δέοντος.
Β. Ἀληθῶς οὐκ ἐτυγχάνομεν ἀδολεχοῦντες.
Δ. Τί οὖν ἦν;
Π. Ἠρώτων τινὰ Βέρναρδον, μὴ σαφῶς ἐμοὶ γνωσθέντα.
Δ. Ἐν τίνι;
Π. Ἐν Κατηχισμῷ.
Ἀ. Τοῦτο μὲν ὑπεκρίνοντο ποιῆσαι, ὄντως δὲ περὶ λήρων τινῶν συνεφράσαντο βουλάς.

Π. Ταῦτά γέ σε οὕτω θρασέως ἀποφήνασθαι;
Δ. Ὦ τῆς πανουργίας! Ἦ οὐχ ὁ Ἀλέξιος αὐτὸ τὸ πρᾶγμα φράζει;
Β. Ἥκιστα δηλαδή.
Ἀ. Ἐναργῶς τοῦτο δηλώσω· ῥήματα γάρ τινα τῆς ἀδολεχίας ὑμῶν καὶ νῦν μνημονεύω.

Δ. Ἐπείγει ὁ ἀντίπαλος. Ὁμολογεῖτε τὸ πεπραγμένον, καὶ μεθήσω ὑμᾶς τοῦ ἐγκλήματος. Ἐὰν δὲ ἀρνούμενοι διατελεῖτε, μάστιγα νῦν ὁρᾶτε. Ταύτῃ οὐ τοσοῦτον διὰ τὸ μὴ σιωπῆσαι, ὅσον

Magister, Alexius, Pantaleōn, Bernardus

M. Quōs ego post tergum meum cōnfābulantēs audiō? Heus, quīnam modo inter sē cōnfābulātī sunt?
A. Pantaleōn et Bernardus.
M. Linguātī puerī! Quārē nōn silentiō ēdiscitis quae mox recitētis?
P. Nōn sumus cōnfābulātī.
A. Estis, et diū satis.
B. Rēvērā nōn garrīvimus.
M. Quid fuit igitur?
P. Interrogābam nōnnūlla Bernardum quae minus intelligēbam.
M. Quā in rē?
B. In Catēchismō.
A. Hoc sē facere simulābant illī quidem, vērē autem dē suīs quibusdam nūgīs sermōnem miscēbant.
P. Tē tam audācter assevērāre?
M. Hem astūtiam! Fāturne rem Alexius?

B. Certē hic minimē.
A. Convincam vōs argūmentō palam; etenim sententiās quāsdam retineō dē sermunculō vestrō.
M. Premit adversārius. Fateāminī quod rēs est, et culpā vōs solvam. Sī pergitis inficiārī, virgās cernitis. Iīs nōn tam ob ruptum silentium, quam ob mendācium tan-

διὰ τὸ ψεύσασθαι πατάξω ὑμᾶς μέχρι τοῦ θανάτου.
Β. Ὁμολογοῦμεν. Περὶ ἀρίστου χθιζοῦ, ἐν ᾧ συνανεκείμεθα, διελέχθημεν πρὸς ἀλλήλους.
Δ. Φυλάξατε, εἰ δὲ μὴ κάκιστα δειπνήσαντας ἀποπέμψομαι.

gam vōs ūsque ad necem.
B. Fatēmur. Dē prandiō hesternō, in quō simul accubuimus, colloquēbāmur.
M. Cavēte, aliōquīn pessimē cēnātōs dīmittam.

1.2.3 Εὐάριστος, Διδάσκαλος, Γερουάσιος, Κυπριανὸς

Ἐ. Ἔχω τι ἐξηγεῖσθαί σοι, ὦ ἐπιστάτα.
Δ. Εἰπέ.
Ἐ. Χθὲς ὁ Γερουάσιος καὶ Κυπριανὸς ἐλοιδοροῦντο ἀλλήλους, καὶ ἐπάτασσον ἔξοχα ἄχρι τῶν χειρῶν προβεβεηκότες.
Δ. Ἑώρακας;
Ἐ. Περιπατήσας τυχὸν περιέπεσον αὐτοῖς.
Δ. Κατὰ τίνα χρόνον;
Ἐ. Οὐ πολλῷ ὕστερον σχολῆς τελευτηθείσης.
Δ. Ἐν τίνι τόπῳ;
Ἐ. Ἐν δημοσίῳ, πρὸ τῆς οἰκίας τοῦ Κυπριανοῦ. ἐθαύμαζον οἱ διαβαίνοντες. Καὶ ἤκουσά τινων ἔπος τοῦτο φθεγξαμένων. Ὦ τῶν κακοηθῶν παίδων! Εἴθε γένοιτο μηνύσας τῷ διδασκάλῳ ἵνα ἀμφοτέρῳ κατ' ἀξίαν τὴν ἀξίαν ἀποτίσῃ.
Δ. Τοσοῦτον εἶχες;
Ἐ. Τοσοῦτο.
Δ. Φεῦ τῆς κακουργίας! Ἀνίστασθε καὶ ἐξέρχεσθε, ὦ πολεμικώταται κεφαλαί. Μῶν ἐπιτηδεύματα ταῦτα παρὰ τῶν γονέων ἢ παρ' ἐμοῦ ἐμάθετε; Ταῦτα δηλονότι ἁμαρτήματα ἁρμαρτάνειν; Καὶ λοιδορίας ἐξεμεῖν καὶ ἑταίροις χεῖρας ἐφεῖναι;
Γ. Ὁ Κυπριανὸς ἠνάγκασέ με.
Κ. Σὺ ἐμὲ ἠνάγκασας!
Δ. Ἀμφότερον ἰδίᾳ πονηρίᾳ ἠνάγκασε. Ἀμφότερος μανίᾳ καὶ ἀνοίᾳ βιασθεὶς ἐξετράπη τοῦ καθήκοντος. Τοῦτο δῆλον καὶ σαφές. Νῦν ἐμὲ ἀναγκάζετε ἀποδοῦναι ὑμῖν διὰ μάχην ἐκείνην μισθὸν πολὺν καῖ ἄφθονον, ἐν ἀργυρίῳ παρόντι καὶ δοκιμασθέντι. Μάστιγα φέρε, Εὐάριστε, τῶν κρειττόνων μίαν αὐτίκα.
Ἐ. Ἐμοὶ τοῦτο μελήσεται.
Δ. Ποία δὲ ἔρις ὑμᾶς ξυνέηκε μάχεθαι;
Γ. Ἐπεγέλα ἐμοὶ μυκτηρίζων καὶ σαρκάζων ὁ Κυπριανὸς, ὅτι διὰ τῆς ἀναξυρίδος ἐκρέματο τὸ ὑπένδυμα, καὶ γέλωτι ἀσβέστῳ ὀλίγου δεῖν θανὼν, πολλῶν περιστάντων καὶ ἀκουόντων, «Ἰδοὺ», ἐβόα, «οὗτος εἰς τοσοῦτο πολυφαγίας ἧκε ὥστε

Evaristus, Magister, Gervasius, Cypriānus

E. Est quod expōnam, praeceptor.
M. Expōne.
E. Herī Gervasius et Cypriānus sē convīciīs alternātim cōnsectābantur, vicissimque pugnīs sē onerābant ēgregiē.
M. Vīdistīne?
E. Vīdī cum forte fortūnā in eōs ambulāns incidissem.
M. Quō tempore?
E. Haud multō postquam solūtae sunt scholae.
M. Quō in locō?
E. In pūblicō, ante domum Cypriānī. Mīrābantur praetereuntēs et cōnsistēbant. Quīn hīs auribus audīvī quī dīcerent. Ō puerōs male mōrātōs! Utinam aliquis magistrō rem indicet ut is ambōbus prō dignitāte stīpendium numeret.
M. Tantumne est?
E. Tantum.
M. Facinus improbum! Surgite et prōcēdite in medium, bellicōsī homulī. Hanccīne disciplīnam aut ā parentibus vestrīs, aut ā mē percēpistis? Haeccīne vōs flāgitia cōnscīscere? Contumēliās intorquēre et obserere pugnīs sodālēs suōs?
G. Coēgit mē Cypriānus.
C. Tū mē coēgistī!
M. Utrumque nēquitiā suā coēgit. Ambō furōre et āmentiā impulsī ab officiō discessistis. Dē hōc nūlla est quaestiō. Mē tamen cōgitis vōbīs prō istō cōnflīctū mercēdem līberālem, praesentī et probātā pecūniā tribuere. Expedītō mihi virgam, Evariste, dē virgīs meliōribus āctūtum.
E. Cūrābitur.
M. Quae porrō contrōversia cōnflāvit hoc duellum?
G. Irrīdēbat mē suspēnsō nāsō Cypriānus, quod per caligās indūsium dēpendēbat, et rīsū paene ēmoriēns, multīs quī forte circumstābant audientibus, “Ēn,” inquit, “iste tam avidē cibum vorāvit ut ipsās quoque

καὶ τὸ σκέπασμα τὸ ἐπιτραπέζιον φαγεῖν».

Δ. Μεγάλη, Ἡράκλεις, καὶ ἄνευ ἀμφισβητήσεως ἀνεκτὸς ὕβρις! Διὰ τί οὐκ ἐκόμισας πρὸς τὸν ἀκεστὴν τὸ περίζωμα εἰς τὸ ἀνανεῶσαι;

Γ. Ἔλαθε χισθέν.

Δ. «Ἔλαθε!» Φανερῶς ἀποδεικνύεις ὅτι τῆς τῶν ἠθῶν ἀστειότητος μηδὲ κατ᾽ ὄναρ καθήψω. Πρὸς γεωργοὺς μετὰ τούτου Γερουασίου, ὅς ἀστικὸς ὢν, μηδὲν ἀστεῖον κέκτηται. Σὺ δὲ νῦν ποίας φράσον κατὰ σοῦ ἀπερρίψατο βλασφημίας;

Κ. Κακοῦργον καὶ προδότην ἐκάλει.

Δ. Σὺ δὲ τίσιν ἀμοιβαίοις αὐτὸν ἐκόσμησας ἐπιθέτοις;

Γ. Συβώτην καὶ ὄνον ὠνόμαζεν ἐμέ.

Δ. Τοῦτο δηλονότι ἦν σαλπίζειν. Ἔπειτα αἰφνιδίως ὁ πόλεμος ἐξανετείλατο. Καὶ προχωρήσαντες ἕως τῶν χειρῶν ἐτύψατε ἀλλήλους;

Γ. Γέγονε. Αἲ αἴ!

Κ. Κἂν μὴ πόδας ὠκὺς ἐξέφυγον, ἐγκέφαλον συνέτριψεν ἂν ἐμοί. Οὕτως ὀργῇ καὶ μανίᾳ ἐφλεγμάνθη.

Δ. Ἐγὼ, ὥσπερ μεγαλοπρεπὴς ἀγωνοθέτης, γέρας νῦν δώσω τούτοιν ἰσχυροτάτοιν καὶ γενναιοτάτοιν αἰσχμηταῖν. Καὶ μεῖζον μὲν δώσω τῷ Γερουασίῳ, ὅτι διὰ οὕτω μικρὰν αἰτίαν εἰς τοσοῦτο ὀργῆς ἐξώκειλε. Καί σε, Κυπριανὲ, διδάξω τὸ μέλλον ποιούτων βωμολοχιῶν καὶ ἀκαίρων εὐτραπελιῶν ἀπέχεσθαι. Ὑπάγετε, καὶ πρὸς τὸ τὰ δῶρα λαβεῖν ἀναλυθεῖσι δεσμίοις ὑμᾶς ἑτοιμάσατε.

mappās dēgluttīverit."

M. Magna vērō et sine dubitātiōne intolerābilis iniūria! Cūr ad sartōrem subligāculum reficiendum nōn dēportāstī?

G. Nōn advertī esse lacerum.

M. "Non adverti!" Sat argūmentī tē mōrum cīvīlitātem nōn attigisse vel extrēmīs digitīs. Ad rūsticānōs cum istō Gervasiō, quī cum urbānus sit, urbānum nihil habet. Iam, quās tibi contumēliās imposuit?

C. Nebulōnem et prōditōrem mē appellābat.

M. Quibus tū Gervasium epithetīs contrā cohonestāstī?

G. Subulcum et asinum mē nōminābat.

M. Hoc fuit tubīs cecinisse. Deinde exemplō secūtum est proelium, ventum ad manūs. Contudistis alterutrum, nōnne?

G. Factum. Heu!

C. Ac Nisī mē in pedēs dedissem, cerebrum mihi diminuisset. Sīc īrācundiā et furōre exārserat.

M. Ego, ut mūnificus imperātor, istīs duōbus tam strēnuīs bellātōribus propter generōsissimam vēlitātiōnem dabō dōnātīvum. Et quia Gervasius ob causam leviōrem tantopere nōn dēbuit excandēscere, dabō illī maius. Tē quoque docēbō, Cypriāne, huiusmodī scurrīlibus iocīs et intempestīvā dicācitāte abstinēre dē cēterō Īte, et ad praemia capienda resolūtīs ligulīs vōs comparāte.

1.2.4 Πανταλέων, Διδάσκαλος, Ἀλέξιος

Π. Ἐξηγητὰ, Ἀλέξιος γράφει.

Δ. Ἀλέξιε, τί ποιεῖς;

Ἀ. Μηδέν.

Δ. Μηδέν; Νῦν δέ τι ποιήσω σε. Ἀπόδειξον χάρτην.

Ἀ. Μηδέν ἐστιν.

Δ. Ἀπόδειξον ταχέως.

Ἀ. Δέομαι.

Δ. Ὁράσω. Ἀλέξιε, καὶ πότε ἐφοίτησας εἰς τοῦ γραφέως; Ὡς τεχνικῶς μορφοῖς κύνας καὶ ἐλάφους. Πρότεινε τὴν ἀριστερὰν καὶ τῷ πλήκτρῳ ὑπόθες. Ἀκούεις;

Ἀ. Αἲ, αἴ, οἴμοι!

Δ. Σχίσον. Ἐὰν πάλιν γράψαντα καταλάβω, οἶδας τί τότε μέλλω σοι καταγράψαι;

Ἀ. Οἶδα.

Pantaleon, Magister, Alexius

P. Praeceptor, Alexius pingit.

M. Alexī, quid facis?

A. Nihil.

M. Nihil? At iam faciam tibi aliquid. Exhibē chartam.

A. Nihil est.

M. Ostende sine morā.

A. Quaesō.

M. Videam. Ō Alexī, ecquandō in lūdum pictōris īvistī? Quā graphicē adumbrās canēs et cervōs. Suppone sinistram ferulae. Suppōne. Ecquid audīs?

A. Ah, ah!

M. Concerpitō. Sī rūrsus dēprehenderō pingentem, scīs quid tibi dēpictūrus sim?

A. Sciō.

1.2.5 Δαυίδ, Διδάσκαλος, Ἰωνᾶς

Δαυίδ: Διδάσκαλε, εἰ ἔξεστιν ὀλίγα;

Δ. Τί λέξων;

Δαυίδ: Ὁ Ἰωνᾶς οὐκ ἔχει βιβλίον.

Δ. Ποῦ ἐστιν τὸ βιβλίον σου;

Ἰ. Ἀπώλεσα.

Δ. Οὕτω τὰ σὰ φυλάττεις; Οἴκοι ἢ ἐν σχολῇ ἢ ἐν ὁδῷ;

Ἰ. Ἀγνοῶ.

Δ. Ἐζήτησας;

Ἰ. Ἀκριβέστατα.

Δ. Εἰ μὴ εὑρήσεις πρὶν ἱκέσθαι νύκτα, αὔριον παραδειγματίζω σε ἵνα μή τις ἔπειτα τὰς ἰδίας βίβλους ἀπολέσῃ.

Dāvīd, Magister, Iōnās

D. Praeceptor, licetne pauca?

M. Quid dictūrus?

D. Iōnās nōn habet librum.

M. Ubi est liber tuus?

I. Āmīsī.

M. Sīccine rem tuam cūstōdīs? Domīne an in scholā an in viā?

I. Nesciō.

M. Quaesīvistī?

I. Tanquam sī aciculam quaererem.

M. Nisī tū ante noctem reppereris, crās in tē exemplum edētur ut nē quis deinceps perdat librōs suōs.

1.3 Χρῆσις Καλάμου

Κορραδῖνος, Πιγμένιος

Κ. Χρῆσον ἐμοί, δέομαι, κάλαμον.

Π. Μηδένας ἔχω σήμερον καλάμους οὕς σοι χρήσομαι.

Κ. Θήκην μεστὴν ἔβλεψα παρά σοι.

Π. Κατ᾽ ὄναρ ἴσως. Ἀλλ᾽ ὡς ἔπος εἰπεῖν, μηδένας ἔχω οὕς σοι κεχρημένους πάντα χρόνον τηρήσῃς.

Κ. Καὶ τίς ἀλάστωρ εἰς ταύτην ὑποψίαν ἐνέβαλέ σε; Ἦ οὕτω κακῶς ὑποπτεύεις ἐμέ; Οὐδέπω ἔγνως τὸ ἦθός μου; Ἀλλὰ μὴ βράδυνε, χρῆσον ἐμοὶ κάλαμον.

Π. Ποῦ οἱ σοί;

Κ. Ἀγνοήσας ἔλιπον οἴκοι τοὺς κρείττονας καὶ χείρους ἐκόμισα μετ᾽ ἐμοῦ.

Π. Ἀλλὰ σὺ καὶ ἐμὸν ὀλέσαις ἄν, ἢ πλέον τοῦ δέοντος τῷ χάρτῃ προσενεγκὼν ἢ πρὸς τοῦ μελανοδοχείου βένθος ἐν τῷ ἐμβάψαι προσκόψας.

Κ. Ἠρέμα διὰ τοῦ χάρτου ἄξω, ἠρέμα ἐμβάψω ἀκεραίου καὶ ἀβλαβοῦς τῆς ἀκμῆς.

Π. Πολλά μέλλεις γράφειν;

Κ. Μόνον ἔπη τινὰ ἃ μεθ᾽ ὥραν ἐξηγήσεται ὁ διδάσκαλος, ὥστε δύνασθαι μεταξὺ αὐτῶν τὰς ἐξηγήσεις σημειῶσαι. Διὰ γὰρ τὴν τῆς μνήμης ἀρρωστίαν συντηρεῖν οὐχ οἷός τ᾽ εἰμί. Εἴ τι χρήσεις παρ᾽ ἐμοῦ εἴτε καλάμους εἴτε χάρτην εἴτε βιβλίον, δοθήσεται μὴ ὀκνηρῶς.

Π. Ἰδοὺ κάλαμον δοκιμασθέντα, ὅν σοι δωροῦμαι. Σὸς ἔστω.

Κ. Λίαν σε φιλῶ, ὦ Πιγμένιε, τῆς ἐλευθεριότητος ἕνεκα. Δοκιμάσω. Εὐχερής ἐστι, νὴ τὸν Δία, εἴ τις ἄλλος πρὸς τὰ γράμματα πρεπόντως σχηματίζειν.

Mutatio Calami (I.35)

Conradīnus, Pigmenius

C. Dā mihi, ōrō, ūtendum calamum.

P. Nūllōs habeō calamōs hodiē quōs tibi dem mūtuōs.

C. Thēcam plēnam apud tē vīdī.

P. Per somnium fortassis. Sed dīcam ūnō verbō rem tōtam: nūllōs habeō quōs tū commodātōs retineās.

C. Quae tam mala mēns in hanc tē suspīciōnem impellit? Tam perversē dē mē existimās? Eho, nōndum nōstī mōrēs meōs? Vērum, nē sīs in morā, dā mūtuum calamum.

P. Ubī tuī?

C. Meliusculōs relīquī domī, dēteriōrēs portāvī mēcum per imprūdentiam.

P. At tū meum quoque disperderēs, aut nimium premendō aut in ipsō intīnctū ad fundum ātrāmentāriī allīdendō vidēlicet.

C. Leviter dūcam per chartam, sēnsim intingam, salvā cuspide.

P. Multane dēscrīptūrus?

C. Tantummodo versūs aliquot ā praeceptōre post hōram explānandōs, ut nīmīrum glōssulās interserere queam. Nam retinēre eās nōn possum ob tenuitātem memoriae. Sī quid mūtuāberis ā mē, seu calamōs seu papȳrum seu librum seu quid aliud, dabitur mūtuum haud gravātē.

P. Ecce tibi probātum calamum, quem dōnō. Tuus estō.

C. Multum tē, mī Pigmenī, dē istāc līberālitāte amō. Experiar. Profectō idōneus est, sī quis alius ad decōrē fōrmandās litterās.

1.4 Σιγὴ καὶ Προσοχή

Σιγίσμουνδος, Καιλεστῖνος

Σ. Διπλῶς ἁμαρτάνεται καθ’ ἑκάστην ἐν γυμνασίῳ παρὰ μὲν τῶν ἄλλων τούτῳ, παρὰ δὲ τῶν ἄλλων ἐκείνῳ τρόπῳ.

Κ. Καὶ ταῦτα ἁμαρτήματα;

Σ. Συλλαλεῖν καὶ τῷ διδασκάλῳ νοῦν μὴ προσέχειν.

Κ. Οἱ τὸ πρότερον ποιήσαντες καὶ τοῦ ὑστέρου ἔνοχοί εἰσιν.

Σ. Οὕτως ἡγοῦμαι. Ἀλλ’ οἱ ἄλλο πράξαντες, οἱ τοῖς ὀφθαλμοῖς περιέργως περιπατησάμενοι, οἱ ζῷα, ἱππεῖς, μωροὺς γραψάμενοι· οἱ βιβλία ἀπαίδευτα ἀναγνόντες, καὶ χάρτας καὶ ἕδρας διαχαράξαντες, ἐν τῷ δευτέρῳ γένει τιμωρίας ἄξιον πλημμέλημα πλημμελοῦσι.

Κ. Ἀληθῶς φῄς, καὶ οἶδά τινας ὧν αὕτη συνήθεια.

Σ. Καὶ σὺ εἷς ἐκείνων.

Κ. Ἐγώ;

Σ. Σύ.

Κ. Ψευδῶς κατηγορεῖς μου τούτου ἐγκλήματος.

Σ. Ψεύδεσθαι οὐκ ἔστιν ἐμοῦ.

Κ. Ἀκούω μετὰ μεγίστης προσοχῆς.

Σ. Οὐκ ἀεί.

Κ. Εἴ ποτέ τι τῶν λεχθέντων πράττω, ὁδοῦ πάρεργον καὶ οὐκ ἐκ προαιρέσεως πράττω.

Σ. Ὥς οὗτος ἁμαρτίαν τὴν ἑαυτοῦ ἐλαττοῖ.

Κ. Οὐκ ἐλαττῶ. Ἀλήθειαν λέγω.

Σ. Οὐκ ἔστιν ὅταν τοῖς πλησίον συνομιλεῖς;

Κ. Θαῦμα μέγα! Τοσοῦτόν σοι σχολῆς ἀπὸ τῶν ἰδίων ὥστε κήδεσθαι τῶν ἀλλοτρίων;

Σ. Οὕτως ἀναισχύντως ταῦτα ποιεῖτε, ὥς μὴ δυναίμην ἂν οὐ κατατηρεῖν. Καὶ τυφλὸς βλέψαιτο ἄν, καὶ κωφὸς ἀκούσαιτο.

Κ. Κἀγὼ ἀνάπαλιν ἐπιβουλεύσω.

Σ. Ἐπιβουλεύσον, οὐδέποτε ἁλώσεις ἐμέ. Ἀλλὰ ἀφεὶς γελοῖα· παύου, εἴ σε φιλεῖς, τοιούτων ἐπιτηδευμάτων καὶ λῆγε πῇ σεαυτὸν τοσούτων ὠφελειῶν κάρπου στερήσας, πῇ δὲ ἄλλους ἐμποδίσας.

Κ. Καὶ τίνας ἄλλους ἐμποδίζω, λεπτοτάτῃ φωνῇ λαλεῖν εἰωθώς;

Σ. Τοὺς ἔγγιον παρά σοι καθημένους ἐκ δεξιᾶς, ἐξ εὐωνύμου καὶ ὀπίσω.

Κ. Ἄπιθι ὅσον τάχος σὺν δεισιδαιμονίᾳ ταύτῃ καὶ ἀνοήτῳ εὐλαβείᾳ!

Σ. Φιλικῶς νουθετοῦντι ἑκὼν πείθου καὶ μὴ χαλέπαινε. Εἰ δὲ μή, βιασθεὶς οὐκ ἐμοί, ἀλλὰ δι-

Silentium et Attentio (I.13)

Sigismundus, Caelestīnus

S. Dupliciter peccātur in gymnasiō cottīdiē ab aliīs hōc, ab aliīs illō modō.

C. Quae sunt ista peccāta?

S. Cōnfābulārī et praeceptōrī nōn attendere.

C. Quī prius dēsignant utrōque tenentur.

S. Ita prōrsus exīstimō. Vērum quī aliud agunt, alibī oculīs cūriōsē dīvagantur, pingunt animālia, equitēs, stultōs; libellōs ineptōs legunt, chartās et scamna cōnscindunt, illī in posteriōre genere culpam castīgābilem committunt.

C. Vērē dictum sentiō, et nōvī quōrum ista est cōnsuētūdō.

S. Tū ipse ūnus dē illīs es.

C. Egone?

S. Ita, nae.

C. Falsō hoc in mē vitium cōnfers.

S. Mentīrī nōn est meum.

C. Attentissimē audiō.

S. Nōn semper.

C. Sī quandō eōrum quae tū commemorāstī aliquid agō, quasi sī quid per trānsennam īnspicerem, et levī bracciō id sit.

S. Ut ēlevat hic peccātum suum!

C. Haud ēlevō. Ut loquor, ita rēs est.

S. Quīn est quandō sermunculōs seris cum proximis.

C. Dēmīror tantum tibi esse ōtiī ā rēbus tuīs ut aliēna cūrēs.

S. Tam sine pudōre id perpetrātis, ut nōn possim nōn notāre. Vidēret vel caecus, audīret etiam surdus.

C. Vicissim tē captābō.

S. Captā, nōn capiēs tamen. Sed extrā iocum: dēsiste, sī tē amās, ab huiusmodī virtūtibus et nōlī cum tē ipsum prīvāre tantārum ūtilitātum frūctū, tum alios impedire.

C. Quōs aliōs impediō, cum tenuissimō sonō loquar?

S. Quī propius tibi assident dextrā, sinistrā et ā tergō.

C. Apage cum superstitiōsā istā religiōne tuā!

S. Amīcē monentī volēns ob secunda et bonī cōnsule. Aliōquīn coāctus, nōn mihi, sed

δασκάλῳ μαστιγώσαντί σε ὑπακούσεις.
Κ. Ἆρά γε ταῦτα τὰ ἁμαρτήματα οὕτως ἄνομα καὶ βαρέα δοκεῖ;
Σ. Μεγάλα δήπου. Τί γὰρ ἀναξιώτερον καὶ αἴσχιον ἐν τῇ σχολῇ γένοιτο ἄν, οὐχ εὕροιμι ἄν.

Κ. Χαλεπῶς εἰρηνεύσομεν πρὸς ἀλλήλους, εἰ μὴ ἐμοῦ γεγενημένου ἀγλώσσου ἢ σου κωφοῦ.
Σ. Σὺ σκόπησον ποῖ πορευτέον σοι. Ἰξευτὴς ἑτοιμάσας ἅλωνα, δελέασμα παρατίθησιν. Ὄρνιθες ἐθίζονται, πολλάκις ἐσθίουσι. Ἅπαξ ἁλοῦσαι τῷ ἰξευτῇ, τὴν ἀξίαν ἀντὶ δαπάνης ἀποτίουσι.
Κ. Ἐννοῶ παραβολήν. Μελήσει μοι ὥς μάλιστα ὅπως μὴ ἐκ τοῦ ἰξεύειν βλάπτωμαι.

magistrō flagrīs tē operientī obsecundābis.
C. Adeō īnfanda haec tibi peccāta videntur?
S. Magna procul dubiō suō in genere. Nam quid indignius ac turpius in scholā dēlinquī possit, haud dispiciō.
C. Nisī aut ego mūtus fīam aut tū obsurdēscās, difficile pāx inter nōs erit.
S. Tū cōnsīderā quōrsum eās, et quid tibi futūrum sit. Auceps quandō concinnāvit āream, offundit cibum. Aves assuēscunt, saepe edunt. Semel sī sunt captae, rem solvunt aucupi.
C. Intelligō parabolam. Opere māximō dabitur opera nē fraudī sit hoc aucupium.

2 Catechesis Christiana, Hymni, Orationes

2.1 Εὐχὴ Κυριακή

Secundum Matthaeum 6:9–13

Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς,
ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου,
ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου,
γενηθήτω τὸ θέλημά σου,
ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.
Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον·
καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν,
ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.
Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν,
ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.
Ἀμήν.

Ōrātiō Dominica

Pater noster, quī es in caelīs,
sānctificētur nōmen tuum,
adveniat rēgnum tuum,
fīat voluntās tua,
sīcut in caelō et in terrā.
Pānem nostrum quotīdiānum dā nōbīs hodiē,
et dīmitte nōbīs dēbita nostra,
sīcut et nōs dīmittimus dēbitōribus nostrīs.
Et nē nōs indūcās in tentātiōnem,
sed līberā nōs ā mālō.
Āmēn.

2.2 Ἀσπασμὸς τοῦ Ἀγγέλου πρὸς τὴν Ἁγιωτάτην Παρθένον

Χαῖρε Μαρία κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετά σοῦ. Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σοῦ, Ἰησούς Χριστός. Ἁγία Μαρία, μῆτερ τοῦ Θεοῦ, προσεύχου ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν νῦν καὶ ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ θανάτου ἡμῶν.
Ἀμήν.

Salūtātiō Angelica ad Sānctissimam Virginem

Avē Maria, grātiā plēna, Dominus tēcum. Benedicta tū in mulieribus, et benedictus frūctus ventris tuī, Iēsus Chrīstus. Sāncta Maria, māter Deī, ōra prō nōbīs peccātōribus nunc, et in hōrā mortis nostrae.

Āmēn.

2.3 Σύμβολον τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων

Πιστεύω εἰς Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς,
καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν, Υἱὸν αὐτοῦ ἕνα μόνον,

Symbolum Sānctōrum Apostolōrum

Crēdō in Deum Patrem omnipotentem, factōrem caelī et terrae,
et in Iēsum Chrīstum, Fīlium eius ūnicum,

Κύριον ἡμῶν,
συλληφθέντα ἐκ Πνεύματος Ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς Παρθένου,
παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου,
σταυρωθέντα, θανόντα καὶ ταφέντα,
κατελθόντα εἰς Ἅδην, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν,
ἀνελθόντα εἰς οὐρανοῦς, καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ Θεοῦ τοῦ Πατρὸς παντοκράτορος,
ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.
Πιστεύω εἰς Πνεῦμα Ἅγιον, ἅγιαν Ἐκκλησίαν Καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν ἁρματιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν καὶ ζωὴν αἰώνιον.

Ἀμήν.

Dominum nostrum,
quī conceptus est dē Spīritū Sānctō, nātus ex Mariā Virgine,
passus sub Pontiō Pīlātō,
crucifīxus, mortuus et sepultus,
dēscendit ad īnferōs, tertiā diē resurrēxit ā mortuīs,
ascendit ad caelōs, sedet ad dexteram Deī Patrīs omnipotentis,
inde ventūrus est iūdicāre vīvōs et mortuōs.
Crēdō in Spīritum Sānctum, sānctam Ecclēsiam Catholicam, sānctōrum commūniōnem, remissiōnem peccātōrum, carnis resurrēctiōnem et vītam aeternam.
Āmēn.

2.4 Δεκάλογος. Δέκα Ἐντολαὶ Θεοῦ

Exodus 20:1–17

α´ Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν Ἐμοῦ. Οὐ ποιήσεις τὸ γλυπτὸν, οὐ προσκυνήσεις αὐτῷ.
β´ Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ματαίῳ. Οὐ γὰρ μὴ καθαρίσει Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

γ´ Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῶν σαββάτων ἁγιάζειν αὐτήν.
δ´ Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου ἵνα γένῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧν Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι.
ε´ Οὐ φονεύσεις.
ϛ´ Οὐ μοιχεύσεις.
ζ´ Οὐ κλέψεις.
η´ Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.
θ´ Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου.
ι´ Οὐκ ἐπιθυμήσεις οἰκίαν, οὔτε τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὔτε τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὔτε τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὔτε τοῦ ἐπιζυγίου ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τῷ πλησίον σού ἐστί.

Decalogus. Decem Praecepta Deī

1. Ego sum Dominus Deus tuus, nōn habēbis deōs aliēnōs cōram Mē. Nōn faciēs tibi sculptile ut adōrēs illud.
2. Nōn assūmēs nōmen Dominī Deī tuī in vānum. Nec enim habēbit īnsontem Dominus eum, quī adsūmpserit nōmen Dominī Deī suī frūstrā.
3. Mementō ut diem sabbatī sānctificēs.

4. Honōrā patrem tuum et mātrem tuam ut sīs longaevus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.
5. Nōn occīdēs.
6. Nōn moechāberis.
7. Nōn fūrtum faciēs.
8. Nōn loqueris contrā proximum tuum falsum testimōnium.
9. Nōn concupīscēs uxōrem proximī tuī.

10. Nōn concupīscēs domum, nōn agrum eius, nōn ancillam eius, nōn bovem eius, nōn asinum eius et ūniversa quae illīus sunt.

2.5 Ἆσμα τῆς Ἁγιωτάτης Θεοτόκου

Secundum Lūcam 1:46–55

Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον
καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου,
ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ.
Ἰδού, γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσίν με πᾶσαι αἱ γενεαί,

Canticum Sānctissimae Deiparae

Magnificat anima mea Dominum
et exsultāvit spīritus meus in Deō salūtārī meō,
quia respexit humilitātem ancillae suae.

Ecce enim ex hōc beātam mē dicent omnēs generātiōnēs,

ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός, καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ,
καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.
Ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας αὐτῶν.
Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων καὶ ὕψωσε ταπεινούς.
Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς.
Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ, παιδὸς αὐτοῦ, μνησθῆναι ἐλέους.
Καθὼς ἐλάλησεν πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα.

quia fēcit mihi magna quī potēns est, et sānctum nōmen eius,
et misericordia eius ā prōgeniē in prōgeniēs timentibus eum.
Fēcit potentiam in bracchiō suō, dispersit superbōs mente cordis suī.
Dēposuit potentēs dē sēde, et exaltāvit humilēs.
Ēsurientēs implēvit bonīs, et dīvitēs dīmīsit inānēs.
Suscēpit Israël, puerum suum, recordātus misericordiae suae.
Sīcut locūtus est ad patrēs nostrōs, Ābraham et sēminī eius in saecula.

2.6 Ἆσμα τοῦ Συμεῶνος

Canticum Simeōnis

Secundum Lūcam 2:29–32

Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, Δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου ἐν εἰρήνῃ·
ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου,
ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν,
φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν καὶ δόξαν λαοῦ σου Ἰσραήλ.

Nunc dīmittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pāce:
quia vīdērunt oculī meī salūtāre tuum,
quod parāstī ante faciem omnium populōrum,
lūmen ad revēlātiōnem gentium, et glōriam plēbis tuae Israël.

2.7 Ἆσμα τοῦ Ζαχαρίου

Canticum Zacharīae

Secundum Lūcam 1:68–79

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ, ὅτι ἐπεσκέψατο καὶ ἐποίησεν λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ἤγειρεν κέρας σωτηρίας ἡμῖν ἐν τῷ οἴκῳ Δαβὶδ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ,
καθὼς ἐλάλησεν διὰ στόματος τῶν ἁγίων τῶν ἀπ᾿ αἰῶνος προφητῶν αὐτοῦ, σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισούντων ἡμᾶς·
ποιῆσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ.
Ὅρκον ὃν ὤμοσεν πρὸς Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τοῦ δοῦναι ἡμῖν, ἀφόβως ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυσθέντας, λατρεύειν αὐτῷ, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν.
Καὶ Σύ, παιδίον, προφήτης ὑψίστου κληθήσῃ· προπορεύσῃ γὰρ ἐνώπιον Κυρίου ἑτοιμάσαι ὁδοὺς αὐτοῦ,
τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ ἐν ἀφέσει ἁμαρτιῶν αὐτῶν,
διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπισκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, τοῦ κατευθῦναι τοὺς πόδας ἡμῶν εἰς ὁδὸν εἰρήνης.

Benedictus Dominus Deus Israël, quia vīsitāvit et fēcit redēmptiōnem plēbis suae, et ērēxit cornū salūtis nōbīs, in domō Dāvīd puerī suī,
sīcut locūtus est per os sānctōrum, quī ā saeculō sunt prophētārum eius, salūtem ex inimīcīs nostrīs et dē manū omnium, quī ōdērunt nōs;
ad faciendam misericordiam cum patribus nostrīs et memorārī testāmentī suī sānctī.
Iūsiūrandum quod iūrāvit ad Abraham patrem nostrum, datūrum sē nōbīs, ut sine timōre, dē manū inimīcōrum līberātī, serviāmus illī, in sānctitāte et iūstitiā cōram ipsō omnibus diēbus nostrīs.
Et Tū, puer, prophēta altissimī vocāberis: praeībis enim ante faciem Dominī parāre viās eius,
ad dandam scientiam salūtis plēbī eius in remissiōnem peccātōrum eōrum,
per vīscera misericordiae Deī nostrī, in quibus vīsitābit nōs oriēns ex altō, illūmināre hīs, quī in tenebrīs et in umbrā mortis sedent, ad dīrigendōs pedēs nostrōs in viam pācis.

2.8 Ὕμνος πρὸς τὴν Ἁγιωτάτην Παρθένον Μαρίαν

Χαῖρε, Δέσμοινα, μῆτερ ἐλέους,
ζωὴ, γλυκύτης καὶ ἐλπὶς ἡμῶν, χαῖρε.
Πρὸς σὲ βοῶμεν ἐξόριστοι παῖδες τῆς Εὔας,
πρὸς σὲ ἀτενίζομεν στενάζοντες καὶ θρηνοῦντες
ἐν τῇδε τῇ τοῦ κλαυθμῶνος κοιλάδι.

Ἄγε δὴ συνήγορε ἡμῶν,
εὐσπλάγχους σου ὀφθαλμοὺς ἐφ' ἡμᾶς ἐπίστρεψον.
Καὶ Ιησοῦν τὸν εὐλογημένον καρπὸν τῆς κοιλίας σου
μετὰ τὴν ὑπερορίαν ταύτην ἡμῖν ἀνάδειξον.
Ὦ ἐπιεικὲς, ὦ εὔσπλαγχνε, ὦ ἡδεῖα Παρθένε Μαρία.

Hymnus ad Sānctissimam Virginem Mariam

Salvē, Rēgīna, māter misericordiae,
vīta, dulcēdō, et spēs nostra, salvē.
Ad tē clāmāmus exsulēs fīliī Ēvae,
ad tē suspīrāmus, gementēs et flentēs
in hāc lacrimārum valle.

Ēia ergō advocātā nostra, illōs tuōs
misericordēs oculōs ad nōs converte.
Et Iēsum, benedictum frūctum ventris tuī,
nōbīs post hoc exsilium ostende.
Ō clēmēns, ō pia, ō dulcis Virgō Maria.

2.9 Ἄλλος

Χαῖρε πόντου ἀστὴρ,
Θεοῦ μῆτερ ἱρὰ,
καὶ ἀεὶ Παρθένε,
μάκαρ πόλου πύλη.
'Σχοῦσα κεῖνο «χαῖρε»
Γαβριῆλος χείλει,
δὸς ἡμῖν εἰρήνην,
τρέπσουσ' Εὔας κλῆσιν.
Λύε δέσμ' ἐνόχοις,
φῶς τυφλοῖσι πέμπε,
κακὰ ἡμῶν εἶργε,
χρηστὰ πάντα αἴτει.
Δεῖξόν σε μητέρα,
λιτὰς πρός σου λάβῃ
ὑπὲρ ἡμῶν υἱὸς
ὁ τλάς σὸς καλεῖσθαι.
Κόρη ἐξαίρετε,
ἐν πάσαις πραεῖα,
ἡμᾶς ἀνεγκλήτους
πρᾴους ποίει κἀγνους.
Βίον καθάρισον,
τρίβον ἀσφάλισον,
ὡς ἰδόντες 'Ιησοῦν,
ἀεὶ συνησθῶμεν.
Δόξα Θεῷ Πατρὶ,
καὶ υἱεῖ κῦδος,
Πνεύματι Ἁγίῳ
τρισὶ μία τιμή.
Ἀμήν.

Alius

Avē, maris stēlla,
Deī māter alma,
atque semper Virgō,
fēlīx caelī porta.
Sūmēns illud 'avē'
Gabriēlis ōre,
fundā nōs in pāce,
mūtāns Ēvae nōmen.
Solve vincla reīs,
profer lūmen caecīs,
mala nostra pelle,
bona cūncta posce.
Mōnstrā tē esse mātrem,
sūmat per tē precem
quī prō nōbīs nātus
tulit esse tuus.
Virgō singulāris,
inter omnēs mītīs,
nōs culpīs solūtōs
mītēs fac et castōs.
Vītam praestā pūram,
iter parā tūtum,
ut videntēs Iēsum
semper collaetēmur.
Sit laus Deō Patrī,
summō Chrīstō decus,
Spīrituī Sānctō
tribus honor ūnus.
Āmēn.

2.10 Ἑπτὰ Μυστήρια τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας

Βαπτισμὸς, σφραγισμὸς, εὐχαριστία, μετάνοια, τελευταία χρίσις, χειροντονία, συζυγία.

Septem Sacrāmenta Ecclēsiae Catholicae

Baptismus, cōnfirmātiō, eucharistia, paenitentia, extrēma ūnctiō, ōrdō, mātrimōnium.

2.11 Ἀρεταὶ Θεολογικαί

Πίστις, ἐλπὶς καὶ ἀγάπη.

Virtūtēs Theologicae

Fidēs, spēs et cāritās.

2.12 Ἀρεταὶ Πρωτεύουσαι

Φρόνησις, σωφροσύνη, δικαιοσύνη καὶ ἀνδρεία.

Virtūtēs Cardinālēs

Prūdentia, temperantia, iūstitia et fortitūdō.

2.13 Δῶρα τοῦ Ἁγίου Πνεύματος

Σοφία, σύνεσις, βουλὴ, ἰσχὺς γνῶσις, εὐσέβεια καὶ φόβος τοῦ Κυρίου.

Dōna Spīritūs Sānctī

Sapientia, intellēctus, cōnsilium, fortitūdō, scientia, pietās et timor Dominī.

2.14 Καρποὶ τοῦ Πνεύματος Ἁγίου

Ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη, ὑπομονὴ, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, μακροθυμία, πρᾳότης, πίστις, ἐπιείκεια, ἐγκράτεια, ἁγνεία.

Frūctus Spīritūs Sānctī

Cāritās, gaudium, pāx, patientia, benignitās, bonitās, longanimitās, mānsuētūdō, fidēs, modestia, continentia, castitās.

2.15 Ἐντολαὶ τῆς Ἀγάπης

Secundum Mārcum 12:30–31

Ἀγαπήσεις τὸν Κύριον τὸν Θεὸν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου.
Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν.

Praecepta Cāritātis

Dīligēs Dominum Deum tuum ex tōtō corde tuō et ex tōtā animā tuā et ex tōtā mente tuā.
Dīligēs proximum tuum sīcut tēipsum.

2.16 Ἐντολαὶ τῆς Ἐκκλησίας

Τεταγμένας ἑορτὰς τὰς τῆς Ἐκκλησίας τῷ ἀπέχεσθαι τῶν ἔργων λατρευτῶν ἄγειν.
Τὴν ἁγίαν λειτουγίαν ταῖς ἑορταῖς εὐλαβῶς ἀκούειν.
Τῇ Τεσσαρακοστῇ, τοῖς τοῦ ἔτους τέσσαρτι καὶ τοῖς προεορτίοις κατὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἔθος νηστεύειν, καὶ τῇ ἕκτῇ καὶ σαββάτῳ κρεῶν ἀπέχειν.
Τὰς ἁμαρτίας τῷ ἱερεῖ ἐγκριθέντι ἐξομολογεῖσθαι καὶ τὴν παναγίαν εὐχαριστίαν περὶ τὴν

Praecepta Ecclēsiae

Statūtōs Ecclēsiae fēstōs diēs ab operibus servīlibus abstinendō celebrāre.
Sacrum Missae officium diēbus fēstīs reverenter audīre.
Quadrāgēsima, quattuor annī temporibus et vigiliīs secundum mōrem Ecclēsiae ieiūnāre, et fēriā sexta ac Sabbatō ā carnibus abstinēre.
Peccāta sacerdōtī approbātor cōnfitērī et sacrōsānctam eucharistiam circā fēstum Pa-

τοῦ Πάσχα ἑορτὴν λαμβάνειν, καὶ τόδε τοὐλάχιστον ἅπαξ ἐν ἔτει.

Ταῖς ἡμέραις ταῖς ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀπηγορευμέναις τοὺς γάμους μὴ συντελέσαι.

schae sūmere, idque saltem semel in annō.

Diēbus ab Ecclēsiā interdictīs nūptiās nōn celebrāre.

2.17 Ἔργα Ἐλέους τὰ Πνευματικά

Διδάσκειν ἀγνοοῦντα.

Ἐλέγχειν ἁμαρτάνοντα.

Συμβουλεύειν ἀποροῦντι.

Παρακαλεῖν ταλαιπωροῦντα.

Καρτερεῖν τὰς ἀδικίας.

Συγγινώσκειν τὸ παράπτωμα.

Προσεύχεσθαι ὑπὲρ τῶν ζώντων, θανόντων καὶ διωκόντων.

Opera Misericordiae Spīrituālia

Docēre ignōrantem.

Corrigere peccantem.

Cōnsiliīs iuvāre indigentem.

Cōnsōlārī afflīctum.

Ferre patienter iniūriās.

Remittere offēnsam.

Ōrāre prō vīvīs, dēfūnctīs et prō persequentibus.

2.18 Σωματικά

Σιτίζειν πεινῶντα.

Ποτίζειν διψῶντα.

Συνάγειν ξένον.

Περιβάλλειν γυμνόν.

Σπισκέπτεσθαι ἀσθενῆ.

Ἐλθεῖν πρὸς τοῦς ἐν φθλακῇ καὶ λυτροῦν τοῦς αἰχμαλώτους.

Θάπτειν θανόντα.

Corporālia

Pāscere ēsurientem.

Pōtāre sitientem.

Colligere hospitem.

Operīre nūdum.

Vīsitāre īnfirmum.

Īre ad eōs quī sunt in carcere et captīvum redimere.

Sepelīre mortuum.

2.19 Μαρκαρισμοί

Secundum Mattheum 5:3–11

Μακάροι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Μακάροι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται.

Μακάροι οἱ πρᾳεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήστουσι τὴν γῆν.

Μακάροι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται.

Μακάροι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.

Μακάροι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται.

Μακάροι οἱ εἰρηνοποιοὶ, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται.

Μακάροι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Beātitūdinēs

Beātī pauperēs spīritū, quoniam ipsōrum est rēgnum caelōrum.

Beātī quī lūgent, quoniam ipsī cōnsōlābuntur.

Beātī mītēs, quoniam ipsī possidēbunt terram.

Beātī quī ēsuriunt et sitiunt iūstitiam, quoniam ipsī saturābantur.

Beātī misericordēs, quoniam ipsī misericordiam cōnsequentur.

Beātī mundō corde, quoniam ipsī Deum vidēbunt.

Beātī pācificī, quoniam ipsī fīliī Deī vocābuntur.

Beātī quī persecūtiōnem patiuntur propter iūstitiam, quoniam ipsōrum est rēgnum caelōrum.

2.20 Πέντε Αἰσθήσεις τοῦ Σώματος

Ὄψις, ἀκοὴ, ὄσφρησις, γεύσις, ἁφή.

Quīnque Sēnsus Corporis

Vīsus, audītus, odōrātus, gustus, tāctus.

2.21 Ἑπτὰ Ἁμαρτήματα Θανάσιμα

Ὑπερηφανία, πλεονεξία, ἀσέλγεια, φθόνος, γαστριμαργία, ὀργὴ, ἀκηδία.

Septem Peccāta Mortālia

Superbia, avāritia, luxuria, invidia, gula, īra, acēdia.

2.22 Τέσσαρα Ἔσχατα Ἀξιομνημόνευτα

Θάνατος, κρίσις τελευταία, ᾅδης καὶ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.

Quattuor Novissima Memoranda

Mors, iūdicium extrēmum, īnfernus et rēgnum caelōrum.

2.23 Εὐχὴ τοῦ ἐν Ἁγίοις Θωμᾶ Ἀκουϊναίου πρὸ τοῦ Διατρίβειν περὶ τὰ Βιβλία

Ὦ Δημιουργὲ ἀπόρρητε, Κύριε ἐμοῦ καὶ Θεὸς ἐμοῦ, ὁ ἐκ τῶν θησαυρῶν τῆς σοφίας Σου τοὺς ἐννέα τῶν ἀγγέλων χοροὺς κτισάμενος καὶ αὐτοὺς ὑπεράνω τοῦ οὐρανοῦ τοὺ ἐμπυρίου θαυμαστῇ τάξει καταστησάμενος, καὶ τὰ τοὺ ὅλου μέρη κομψοτάτως διελόμενος,
Σύ, φημί, ὁ ἀληθὴς πηγὴ τοῦ φωτὸς καὶ σοφίας καὶ ἀνυπέρβλητος ἀρχὴ ἐπονομασθεὶς, καταξίωσον ἐμβαλεῖν τῷ σκότει τῆς διανοίας ἐμοῦ ἀκτῖνα τῆς σῆς λαμπρότητος, διττὸν σκότος ἐμοῦ ἀφελόμενος, τὴν ἁμαρτίαν δηλονότι καὶ ἄγνοιαν ἐν ᾗ ἐγενήθην.
Σὺ, ὁ τὰς τῶν νηπίων γλώσσας εὐλάλους κατασκευάζων, τὴν γλῶσσαν ἐμοῦ παίδευσον καὶ ἐν χείλεισί μου τὴν χάριν τῆς εὐλογίας τῆς Σῆς ἔγχεε.
Δὸς ἐμοὶ πρὸς τὸ διανοεῖν ὀξυδέρκειαν, πρὸς τὸ ἐξηγήσασθαι ἀγχίνοιαν, πρὸς τὸ μανθάνειν εὐπορίαν καὶ πρὸς τὸ λαλεῖν χάριν ἄφθονον.

Τὴν εἴσοδον φύλαττε, τὴν πρόοδον εὔθυνε καὶ τὴν ἔξοδον συμπλήρωσον, διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμων.

Ōrātiō Dīvī Thōmae Aquīnātis ante Studia Litterārum

Creātor ineffābilis, Domine meus et Deus meus, quī dē thēsaurīs Tuae sapientiae novem angelōrum chorōs condidistī, et eōs super caelum empyrium mīrō ōrdine collocāstī atque ēlēgantissimē partēs ūniversī distribuistī,
Tū, inquam, quī vērus fōns lūminis et sapientiae dīceris atque superēminēns prīncipium, īnfundere dignēris super intellēctūs meī tenebrās, tuae radium clāritātis, duplicēs ā mē removēns tenebrās, peccātum scīlicet et ignōrantiam in quā nātus sum.
Tū, quī linguās īnfantium facis disertās, linguam meam ērudiās atque in labiīs meīs grātiam Tuae benedictiōnis īnfundās.

Dā mihi intelligendī acūmen, retinendī capācitātem, interpretandī subtīlitātem, addiscendī facilitāte et loquendī grātiam cōpiōsam.
Ingressum īnstruās, prōgressum dīrigās, ēgressum compleās, per Chrīstum Dominum nostrum.

3 Κάτωνος Γνῶμαι Παραινετικαί

Catōnis Sententiae dē Mōribus

3.1 Προοίμιον

Ἀναπολήσας ἐγὼ κατὰ νοῦν ὡς πλεῖστοι δὴ τῶν ἀνθρώπων τῆς τῶν ἠθῶν ὁδοῦ παρατρέπονται, συλληπτέον τε εἶναι καὶ γνώμην συνεισακτέον ᾠήθην δεῖν ταῖς σφῶν ὑπολήψεσιν, ἵν' ὅτι μάλιστα σὺν εὐδοξίᾳ τε βιώσαιεν καὶ τιμῆς ἐπιτύχοιεν.

Δεῦρο τοίνυν σε, φίλατατε, διδάξω τρόπον τινὰ τὰ τοῦ σοῦ νοὸς ἤθη κοσμήσεις. Οὕτω δ' οὖν ἀναλέγου τάσδε τὰς ἐμὰς ἐντολὰς ὥστε καὶ συνιέναι αὐτῶν. Τὸ γὰρ τὸ ἀναγινώσκειν καὶ μὴ γίνωσκειν, καταγινώσκειν ἐστιν.

Prooemium

Cum animadverterem quam plūrimōs hominēs graviter errāre in viā mōrum, succurrendum et cōnsulendum eōrum opīniōnī fore existimāvī, maximē ut glōriōsē vīverent et honōrem contingerent.

Nunc tē, fīlī cārissime, docēbō quō pactō mōrēs tuī animī compōnās. Igitur praecepta mea ita legās ut intelligās. Legere enim, et nōn intellegere, neglegere est.

3.2 Μονόστιχοι

Καὶ δῆτα Θεῷ λάτρυε.
Τοκέας ἀγάπα.
Τοὺς προσήκοντας τίμα.
Τὸν καθηγητὴν δέδιθι.
Τὸ πιστευθέν σοι τήρει.
Σαυτὸν τῷ βουλευτηρίῳ δεξιὸν πάρεχε.
Ἀγαθοῖς ὁμίλει.
Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς πρὶν ἂν κληθείῃς.
Καθάριος ἴσθι.
Ἀσμένως ἀσπάζου.
Τῷ μείζονι ὑπεξίστασο.
Πρὸς τοὺς ἥττους μετρίαζε.
Τὰ ὑπάχοντα φρούρει.
Τὴν αἰδῶ φύλαττε.
Τῇ ἀκριβείᾳ πρόσεχε.
Τὰς βίβλους διέρχου.
Τῶν ἀνεγνωσμένων μέμνησο.
Τῆς οἰκίας ἐπιμελοῦ.
Ἤπιος ἔστω.
Μὴ ὀργίζου ἀναιτίως.
Μηδένα κατακρίνῃς.
Δυσπραγοῦντα μὴ χλευάσῃς.
Δάνειον πάρεχε.
Σκόπει δ' οὖν τίνι παρέχεις.
Εἰς δίκην προκληθεὶς πάριθι.
Σπανιάκις συμποσίαζε.
Τὸ ἀποχρῶν κάθευδε.
Ὅρκον τήρει.
Οἴνῳ σεαυτὸν κεράννυε.

Brevēs Sententiae

Itaque Deō supplicā.
Parentēs amā.
Cognātōs cole.
Magistrum metue.
Datum servā.
Forō tē parā.
Cum bonīs ambulā.
Ad cōnsilium nē accesserīs antequam vocēris.
Mundus estō.
Salūtā libenter.
Maiōrī cēde.
Minōrī parce.
Rem tuam cūstōdī.
Verēcundiam servā.
Dīligentiam adhibē.
Librōs lēge.
Quod lēgerīs mementō.
Familiam cūra.
Blandus estō.
Īrāscī abs rē nōlī.
Nēminem condemnēs.
Miserum nē irrīserīs.
Mūtuum datō.
Cui dēs vidētō.
Iūdiciō adēsto.
Convīvāre rārō.
Quod satis est dormī.
Iūsiūrandum servā.
Vīnō tē temperā.

Μάχου ὑπὲρ πατρίδος.
Μηδὲν προπετέστερον πίστευε.
Ἀσφαλῶς βουλεύου.
Ἑταίρας φεῦγε.
Γράμματα μελετᾶν θέλε.
Μὴ ψεύδεσθαι βούλου.
Τοὺς ἀγαθοὺς ἀγαθὸν ποίει.
Κακολογίας ἀφίστασο.
Τὴν ὑπόνοιαν ἔπεχε.
Τὰ δίκαια κρίνε.
Τοὺς τεκόντας ὑπομονῇ νίκα.
Εὐποΐας ἧς ἔτυχες μνημονεύει.
Τῷ πραιτωρίῳ ἔμφιλοχώρει.
Σύμβουλος ἴσθι.
Ἀρετῇ χρῶ.
Τὴν ὀργιλότητα κίρνα.
Σφαίραις ἄθυρε.
Κύβων ἀπέχου.
Μηδὲν τῇ τῆς ἰσχύος κρίσει διαπράξῃ.
Τὸν ἐλάττω μὴ ἀποσκυβαλίσῃς.
Ἀλλοτρίων μὴ ἐπιθύμει.
Τὴν σύνοικον στέργε.
Τὰ φίλτατα παίδευε.
Φέρε νόμον ὅν αὐτὸς ἀλλοις ἐπέθηκας.
Βραχέα ἐν συμποσίῳ λάλει.
Ὅ δίκαιον ποίει.
Ἀσπασίως φιλίαν φέρε.

Pugnā prō patriā.
Nīl temere crēdiderīs.
Tūtō cōnsule.
Meretrīcem fuge.
Litterās disce.
Nīl mentīrī dēbēs.
Bonīs benefacitō.
Maledictus nē estō.
Exīstimātiōnem retinē.
Aequum iūdicā.
Parentēs patientia vince.
Beneficiī acceptī memor estō.
Ad praetōrium statō.
Cōnsultus estō.
Ūtere virtūte.
Īrācundiam temperā.
Trochō lūde.
Aleās fuge.
Nihil ex arbitriō nōn contempserīs.
Minōrem nōn contempserīs.
Aliēna concupīscere nōlī.
Coniugem amā.
Līberōs ērudī.
Patere lēgem quam ipse aliīs tulerīs.
Pauca in convīviō loquere.
Illud studē quod iūstum est.
Amōrem libenter fertō.